

Orazio Persio

*Matera e dintorni nel XVII secolo:
paratesti, prosa e poesia encomiastica
- Orazio Persio - Consiliorum
[...] criminalium - Lettera di O.
Persio al card. G.D. Spinola*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Orazio Persio

*Matera e dintorni nel XVII secolo:
paratesti, prosa e poesia encomiastica
- Orazio Persio - Consiliorum
[...] criminalium - Lettera di O.
Persio al card. G.D. Spinola*

[c. a2r] IOANNI DOMINICO D. TITOLAE SANCTAE
CECILIAE CARDINALI SPINOLAE DOMINO
MEO COLENDISSIMO. Non ignoras, Eminentissime
Princeps S.R.E. Cardinalis, columnen, unicum prudetiæ,
eruditionis, atque humanitatis exemplar, Materæ in
Apulia, seu magna Grecia, dum Archiepiscopus; [???]
quam brevis nobis lucis usura contigit anni cyclo
dumtaxat labenti, post.n. Sarzana in Hetruria, et nunc
Mazara in Siculis tanto favore, atque splendore potitur,
existebas, atque felici regimine prosequeris; me
natosque meos tuos inter dilectos, atque hilari fronte
respectos, et assiduis gratijs refertos fuisse; sicut et
mox Illustrissimæ Dominæ Paulæ Mariæ Grimaldæ
Spinolæ tæ lætissimæ neptis Marchioniffæ Civitatis
Montis Pelusij in Lucanis Regni, illius iam illustrissimi
Nicolai Grimaldi coniugis amantissimæ, quæ cum eius
filio natu maiori Illustriss. Domino Augustino, tot,
tantisque favoribus V.I.D. Donatum Antonium meum
filium in d es prosequuntur, ut in eorum negotijs molis
magnæ gerendis Neapoli, quam maxime confidant. Hæc
mihi quidem, et meis in ambitu honoris sunt; cum
tu non solum maiorum splendore, summaque, familiæ
nobilitate, verum etiam doctrinæ, probitatis, ac sapientiæ
laude nemini concedas: unde sit te nonnisi doctos,
probos, ac sapientiæ viros, tui scilicet simillimos amare,
fovere, [c. a2v] atque ornare folere, ago sequelam, et si
falli valeam. Et o si D.O.M. utramque clavem (ut merita
exposcunt) tuis in manibus consignasset, et tuos tunc
sacros pedes deosculari libuisset, o quam feliciter Urbs et
Orbis omnis in Christiana glisceret pietate. Ut ergo de his
tibi immortalem gratiam debeam, et si parem relaturam
sperare nunquam valeam, ut tu tanquam optimi Patroni
ab invidorum quorumcunque maledictis in integrum

vindices, hos meos labores in quinquaginta pro nunc Responsulis de Iure congestos, atque lucubratos, ex hac plaga, et Italiæ calcaneo, Tibi nuncupandos censui, quibus, et si pro beneficijs, qua lance non sim solvendo, confido tamen pro vindicanda illorum parte meam erga te memorem, et gratam voluntatem litterarum harum aliquibus consignatam per Orbem iri monumentis, si antequam (ut evenire solet); in lucem edantur, scilicet e prælo egrediantur, in mortalium mentium aciebus, ut aborti non mori, et aboleri contingat. Æternum numen ad longissimum ævum te tuis, nobis, omnibusque sospitet, pariterque suis luminibus adaugeat. Materæ Idibus Februarij 1640. Eminentia Tua Reverendissima Devinctissimus Servus. Horatius Persius